

## Illvstrivm Scriptorvm Religionis Societatis Iesv Catalogvs

Ribadeneyra, Pedro de Antverpiæ, M. DC. VIII.

Ρ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68452

P.

Pavivs Comitolvs, natione Italus, patria Perusinus, impubes adhuc, nostræ se Societati addixit; & cum aliis disciplinis omnibus, tum maxime humanioribus eximiè perpolitus suit. Itaque Catenam illustrium Auctorum Gracorum in lib. Iobè Græco in Latinum sermonem eleganter transtulit. Scripsit item,

Tractatum Apologeticum pro monitorio Sedis Apo-

stolice ad Venetos. Item,

Ger-

ue&

Sca-

riba-

Vest-

cum

ri re-

: ha-

10n-

lices,

isto-

.I.

pa-

eta-

arte

ito.

eul,

um

V-

is

Confutationem libelli v 1 1. Theologorum V enetorum aduer sus interdictum Apostolicum.

Pluraque scripsisser, nisi imbecilla tenuique sem-

per esset vsus valetudine.

Pavivs Offevs, natione Germanus, adolescens ex Collegio Germanico, nostræ se Societati adiunxitanno, ni fallor, M. D. LIII. posteà ad nostrum institutum formatus, ac scientiis probè instructus, Rectoris, Provincialis, Visitatoris, atque Assistentis munus obiuit, & optime de Societate meritus est. Viuit adhuc, & suppresso nomine

Catechismum Romanum ex Latina lingua in

Germanicam vertic: & librum scripsit

De communione sub una tantum specie, editum no-

mine Theologorum Bauariæ.

PETRVS ALAGONA, natione Siculus, Manuale D. Martini Aspilcueta N anarri de quastionibus morum ac conscientio, in compendium redegit arque euulgauit.

PETRVS Bys Avs, natione Belga, patria Nouiomagenfis, vir excellenter doctus, & facre Theologie

K 4

profef-

52 CATALOGYS SCRIPTORYM

professor eruditus, Opus Catechisticum, siue, Summam Doctrina Christiana P. Petri Canisis Theologicius dem Societatis, præclaris diuinæ Scripturæ testimoniis & SS. Patrum sententiis illustrauit locupletauit que magna cum Reipub. vtilitate: Opus enim hoc plurimum negotij exhibuit hæreticis.

Petrvs Burgundus, natione Gallus, Didacum Stellam Minoritam De contemnenda mundivanitate, ex Hispanica lingua Latinum reddidit.

PETRYS CANISIVS, natione Belga, Patria Nouiomagensis, à puero se dedit studio pietatis. Cum nata nondum esset Societas, fæmina quædam opinione Sanctitatis vulgò nobilis, matrem eius admonuit, vt magna PETRVM filium cura educatet, quòd breui Religio quedam Clericorum instituenda foret, quæ eximias Der Ecclesiæ vtilitates esset allatura, in quam Religionem filius eius adscriptus, vir apprime insignis haberetur. Vaticinium seu præsensionem fæminę, rei probauit euentus. Nam paulò post Societas instituta est, in eamq; Petrys anno salutis M.D. X L I I I. P. Petri Fabri opera, primus omnium Transalpinorum cooptatus, illam exemplo, doctrina, præstantis ingenij monumențis recens natam mirum in modu illustrauit. Germaniam superiorem Præpositus Prouincialis rexit, concionibus auxir: Hæreticos disputationibus repressit, Catholicos confirmauit. Ex que hæretici C A N I S I V M canem Austricum per ignominiam appellabant, quòd in Austria plurimum versaretur : sed haud canem mutum, aut non valentem latrare, sed qui latratu & morsu lupos passim grassantes ab ouili Christi arceret. Episcopatum Viennensem à FERDINANDO Romanorum

norum Regesibi oblatum, constanter repudiauit.

Scripht

Sum.

eologi

elti-

ocu-

Dpur

ida-

124-

No-

Cùm

opt-

ad-

aret,

ien-

eflet

tus,

leu

Vam

RVS

pn-

lam

en-

-13i

re-

ni-

quo

um

lu-

aut

lu-

ret.

12-

un

5.

Catechismum, sine Summam Doctrine Christiane, breuem quidem illam, sed præclarissimam, & quæ copiosæ Bibliothecæ instar sit: quam Petrus Busaus nostræ Societatis Theologus pereruditus locupletauit, explicatis & integrè ad verbum adductis sanctoru Patrum testimoniis, quæ Canisivs in margine indicauerat, & in angustum coaceruarat, quasi digitu in fontes intendens. Scripsit etiam aduersus Magdeburgenses Centuriatores Commentariorum de Verbi DEI corruptelis Tomos 11. quorum prior est,

De venerando CHRISTI Domini Pracursore

Ioanne Baptista. posterior,

De sanctissima Virgine MARIA Deipara. ingens atque spissum opus in sex libros diuisum: in quo quidquid impij ac pestilentes nebulones mentiuntur, & ad deprauandas Scripturas, & Præcursoris & Dei Matris gloriam obseurandam adferunt, luculenter, grauiter, eruditeq; confutat. Scripfit etiam

Martyrologium. Item,

Concionum Tomos 11. seu Notas aureas in Euangelia Dominicorum & Festorum per totum annum dierum.

Et extrema iam ætate duos alios libellos aureos, Exercitamenta videlicet Christiana pietatis, & Manuale Catholicorum, in vsum piè precandi collectu. Et hæc quidem Latine : Germanice verò scriplit,

Conciones in quatuor Dominicas aduentus, & in

N atalem Domini.

Librum Precationum.

Librum de Confessione & Communione.

Vitas SS. Fridolini, Maurity, & socior. Thebeoru. Item, 154 CATALOGYS SCRIPTORYM

Item, Vitam & exercitamenta pietatis B. Nicolai Eremita. Denique euulgauit & Latine, Selectas à se D. Hieronymi Epistolas. &,

Leonis Papa Opera omnia. Colonia in Vbiis. Porrò de Canisticandoreanimi, puritate, humilitate, deuotione, orandi studio, perfecta omnium humanorum affectuum mortificatione, ardore fidei, animarum zelo, indefesso labore, & perpetua contentione, qua Religionem Catholicam semper tueri, ornare, amplificare non destitit, ceterisq; eius ornamentis virtutum, multa dici possent, quaiustum volumen desiderant. Obiit B. Pater Friburgi apud Heluetios x x 1. Decembris, anni salutis M. D. XCVII. ætatis LXXVII. vbi magno in honore eius corpus habetur apud Catholicos omnes Heluerios: qui eius & viuentis voce, & scriptis, & mortui precibus in Apostolica & Romana side confirmati sunt. Cenotaphium atque elogium gratitudinis ergô Ingolstadiese Collegium Theologicum Cantsto posuit. Epitaphium verò benè merentis tumulo hoc impositum Friburgi cernitur:

## D. O. M.

VENERANDVS IN CHRISTO PATER
PETRVS CANISIVS THEOLOGVS
NOVIOMAGINATUS

SOCIETATEM IESV

TERTIO A CONFIRMATIONE ILLIVS ANNO

INGRESSVS.

AC SACERDOTIO INSIGNITYS

SOCIETATIS IESV. 155 OB MAGNI SIMVL ET PLACIDI ANIMI PRAESTANTIAM A COLONIENSI ECCLESIA AD CAROLVM V. IMP. ABOTTONE CARD. AVGVSTANO AD S. CONCILIVM TRIDENT. A CAROLO V. IMP. WORMATIAM CONTRA MELANCHTHONEM HAERETICVM A PIO IV. PONT. MAX. AD PRINCIPES GERMANIAE IN FIDE CONFIRMANDOS MISSVS POSTQUAM ROMAE IN SICILIAE ET GERMANIAE ACADEMIIS DOCVISSET DIV APVD FERDINANDVM IMP. ET PASSIM SVMMA CVM LAVDE VERBUM DEI PRAEDICASSET PRIMVS PROVINCIALIS SOC. EIVSDEM IN GERMANIA AB IPSO SOC. AVCTORE P. IGNATIO DATYS FYISSET SCRIPTISQUE FIDEM CATHOLICAM EGREGIE ILLYSTRASSET AVSPICIIS REVERENDI D. IOANNIS FRANCISCI EPISCOPI VERCELLENSIS NVNCII APOSTOLICI FRIBURGUM SEXAGENARIUS VENIT COLLEGII SOCIETATIS FUNDAMENTA IECIT MVLTA PRAECLARA DOCVMENTA DEDIT ET QVASI QVIDAM FRIBVRGENSIVM PATRONYS

ECCLESIAE PER HELVETIAM PATRIARCHA

RELI-

Ni-

.

mı-

IIIm

e fi-

per

eius

IU-

ur-

itis ore

el-

8

de a-

71-

e-

S

RELIGIONIS CATHOLICAE SVI TEMPORIS COLVMNA
TOTO CHRISTIANO ORBE NOTISSIMVS
FIDE PRVDENTIA INDEFESSO SCRIBENDI LABORE
ABSTINENTIA PERENNI GRAVITATE
ANIMI PVRITATE,
FLAGRANTISSIMO DEI AMORE
MVLTAQ. SANCTITATE CLARISSIMVS
MIGRAVIT AD CHRISTVM
FESTO S. THOMÆ APOSTOLI
M. D. XCVII. ANNO ÆTATIS LXXVII.

Petrvs Cottonvs, natione Gallus, patria Foresianus, ex Lugdunensi Diœcesi, rara vir scientia, eloquentia, pietate: ea porrò morum suauitate, vi mirabiles amores excitet sui, & omnibus Principibus, summis, mediis, infimis iuxtà sit carus: Henrico verò IV. Galliaru Regi carissimus: apud que Concionatoris munere fungitur, magna hominum admiratione ac fructu. Ab hæreticis sæpè est appetitus insidiis, atque ita aliquando in ceruice vulneratus, vi parum ab extremo periculo absuerit. Edidit Gallicè eruditum opus & pium

De Missa sacrificio, aduersus ministrum Gratia-

nopolitanum. Item,

Apologias plures. &,

Interiorem deuota mentis occupationem.

Epistolas Apologeticas de side Catholica, aduersus Danielem Chanuerum Delphinatem Caluiniane sectæ apud Allobrogas ministrum.

Habet & tertium opus in manibus

De locis sacra Scriptura à Caluinianis corruptis.

PETRYS

Petrys Fonseca, natione Lusitanus, patria Visensis, adolescens xx. annos natus xv 11. die Martij anni salutis M.D. XLV III. Societatem nostram ingressus, grauiores in ea disciplinas excellenter didicit, & laudabiliter professus est. Fuit vir eximio ingenio, acri iudicio, prudentia singulari. Scripsit,

In Isagogen ad Porphyrium.

INA

DRE

tia,

, Vt

p1-

N-

ue

ımı

oe-

ne-

di-

14-

11-

VS

Dialecticam libris VIII.

Metaphysica Aristotelis ex Greca lingua in Latinam feliciter transtulit, atque eruditis Commentariis illustrauit Tomis III.

In gubernatione etiam excelluit; itaque Conimbricensis Collegij nostri Rector, Domus Professæ Olyssiponensis Præpositus, Societatis Romæ Assistens, denique Prouinciæ Lusitaniæ Visitator fuit. Quibus in muneribus multa prudenter constituit, multatum ad domesticos tum ad exteros vtilia excogitauit, dixit, fecit, & ab aliis fieri curauit. Nostris integritate vitæ erat exemplo; alienis admirationi, omnibus adiumento. Olyssiponæ Catechumenorum domus, puellarum (quarum pudicitia in lubrico atq; in discrimine versabatur) domicilium, orphanorum item egentium perfugium, Monasterium sanctæ Marthæ, aliaq; nonnulla pietatis opera, eius potissimum industria facta sunt, & sanctis legibus stabilita: ex quibus magna in vniuersam Remp. Lusitanam manat vtilitas. Erat enim Fon-SECA præstanti vir auctoritate, & ad perrumpendas disticultates rara industria, magnanimitate, costantia. Quamobrem PHILIPPVS I 1. Hispaniarum Rex Catholicus, ipsum inter alios elegit, quos in Lusitaniæ regno quasi censores morumque reformatores elle voluit, Episcopumque Iaponis primo loco nominaminauit: & GREGORIVS XIII. summus Pont. vir admirabili rerum vsu, tanti Fonse cam secit, vi multa ei committeret, no ad Societatem modò pertinentia, sed etiam ad vniuersa Ecclesia vtilitatem. Cùm igitur anno salutis m. d. xcix. Congregatio Prouincialis celebraretur, euocatusque ipse Ebora, Olyssiponem venisset, morbo ipsa in Congregatione correptus est grauissimo; quo tandem iv. Nouembris consumptus est, & ad seliciorem vitam translatus. Vixit Petrvs Fonseca annos ixxi, ex quibus xx. in seculo, vnum & quinquaginta exegit in Societate.

PETRVS Gysmanvs, natione Hispanus, patria Abulensis, Vitam B. P. Francisci Xanery, ab Horatio Tursellino Latine scriptam, Hispanice euul-

gauit.

PETRVS IOANNES PERPINIANVS, natione Hispanus, patria Valentinus, ex oppido Elche, vit fuit ad eloquentiam natus. Ab incunabulis se D E0 in Societate dicauit, & cum scientias alias omnes, tum verò Artem dicendi mirabiliter complexus, & vsque adeò assecutus est, vt cum summis nostri seculi oratoribus conferri posse videatur. In Academiis celeberrimis, Conimbricensi, Romana, Parisiensi, cum ingenti plausu atque admiratione auditus est, omniumque disertissimorum virorum eius æqualium consensu, primæ illi eloquentiæ partes deferebantur. Quod ne cui fortè amori non iudicio, amicitiæ non veritati datum esse videatur; referam hie breuiter, quæ tres summi nostri temporis Oratores atque Eloquentiæ lumina, de PERPINIA-No scripta reliquerunt. Q. Marius Corradus in epistola ad Perpinianum: Marcellus (inquit) fra-

ter meus, omnino tibi vix vnum aut alterum confert, plurimarum artium scientia, splendore orationis, acumine iudicy, & omnium elegantia & granitate studiorum. Paulus autem Manutius Zerbino Ritio de obitu Perpiniani ita scribit: Decessit alienissimo tempore, cum ad eum salutaris doctrine dogmata de loco superiore ostendentem, omnis omnium cocursus fieret, cum harctica factionis insidias patefaceret, impetum frangeret, tela retunderet; decessit (inquam) florente adhuc atate, nimis immatura morte, summo ingenio vir, incredibili scientia copia, maxima iam apud omnes bene sentientes existimatione & auctoritate PERPINIANVS noster. M. verò Ant. Muretus nullum nostro tempore fuisse ait, in quem illud de N estore elogium melius conueniret, cuius ex ore melle dulcior fluebat oratio. Hæcilli. Adolescens Perpinianvs in Lustrania cumprimis dicendi laude floruit, &in Italiæ ac Galliæ luce sic excelluit, vt paucos haberet pares, superiorem fortasse neminem. Hic vir tantus, Lutetiæ Parisiorum, par ingenio & virtuti suæ theatrum nactus, in Religionis Catholica propugnatione, annos nodum x1. natus, non minore Catholicorum mærore quam impiorum gaudio spiritum effudit. Habuit, scripsitque Orationes duodeuiginti ornatissimas atque elegantissimas; quæ in eloquentiæ studiosorum gratiam PERPINIANO mortuo nostrorum opera prodierunt in lucem.

t. VII

IV, J

per-

tem.

gatio

ora,

atio-

No-

itam

XXI.

CX-

atria

Ho-

ıul-

Hi-

VII

E O

nes,

, &

ftri

de-

ırı-

di-

ius

tes

dife-

ris

A

in

a-

er

De Laudibus S. Elisabetha Lusitania Regina Orationes 111.

Quarta, De Societatis I E s v Gymnasiis.

Quinta, In funere Ludouici Principis Lusitania.

Sexta, De Rhetorica discenda.

Septima, Ad Carolum Borromaum Cardinalem.

Octana,

160 CATALOGYS SCRIPTORYM

Octana, De Deo Trino & Vno, ad PIVM IV.
Pont. Max.

Nona, Ad PIVM item IV. cum Gymnasium Societatis Roma inuiseret.

Decima, De auita docendi laude recuperanda. Undecima, De retinenda veteri Religione, ad Lug-

dunenses.

Duodecima, De eodem argumento, ad Parisienses.

De eademre, ad eosdem, x111.x1v.xv. Decimasexta, De humana ac diuina Philosophia.

Decimaseptima, De retinenda veteri Religione, iterum ad Parissenses.

Decimaoctana, De perfecta Doctoris Christiani forma.

PETR VS LEDESMA, natione Hispanus, edidit Hispanice, qui ibidem ad verbum ediscitur,

Catechismum, seu Doctrine Christiane summami

quæ & Belgicè legitur.

\*Petrvs Lovervs, natione Gallus, Aquitaniæ prouinciæ Præpositus suit Prouincialis.
Scripsit

Commentaria erudita in Apocalypsim: quæ tamen morte impeditus, in lucem emittere non potuit.

PETRVS MATVRIVS, natione Gallus, eruditas Annotationes scripsit in Historiam Dini Antonini Archiepiscopi Florentini, quibus totam historiam illustrauit, & collatione aliorum auctorum locupletauit.

PETRVS MICHAEL, cognomento BRILMAEC-KER, natione Germanus, patria Coloniensis, natus est anno salutis m. d. x l i i. & in Societatem ingressus anno m. d. lviii. x ix. Maij: qui positis Religionis rudimentis, & litteris politioribus atque PhiloIV.

So-

ug.

250

a.

te-

ant

dit

777

11-

en

as

ins

m

1-

C-

us

7-

15

uc

0-

Philosophicis eruditus, Lutetiam Parisiorum missus est, vbi P. Ioanne Maldonato præceptore vsus, sacrę Theologiæ operam nauauit, quem reddita vice Hebraice docuit. In Societate Rhetoricen professus est, deinde & Hebreas litteras. Erat enim Germanica, Latina, Hebraica lingua facundus, Græca verò & Gallica mediocrirer doctus. Cum eloquentia coniunctam habuit prudentiam, & quoddam excelsum animi robur. Itaque multis Germaniæ Principibus familiaris & carus fuit, & legationibus ipsorum pomine præclare functus. Rectorem egit Spiræ annos sex, totide Monasterij Westphaliæ, vbi sola fiducia in Devm fretus, licet obolum non haberet, magnificum ædificium pro scholis cœpit & perfecit: atque eadem animi magnitudine noui templi fundamenta iecit. Erat vir verè humilis, eximia caritate, nullo fastu, nullo supercilio; cuius institutione & opera multi hæretici ad Ecclesiam Catholicam redierunt, Stephanum Isaacum (qui ex Iudæo malè Christianus, ex Christiano factus Minister Caluinista in cultum sanctaru Imaginum est debacchatus) scriptis confutauit ac fregit. Ioannem à Munster Westphalum, obscura nobilitate, & Grammatices cognitione inflatum, & stolide concionantem, atque ad certamen prouocatem, Apologetico scripto repressit, ac silere compulit. Sed dum hæreticos vita, voce, stylo vrget, ab illis circumuentus,& per speciem amicitiæ ad mensam inuitatus, semel atque iterum venenum incautus hausit; quo tadem Moguntiæ extinctus est, xxv. Augusti, anno salutis M. D. xcv. ætatis LIII. Scripsit Pater Michael partim Germanice, partim Latine, De communione sub altera tantum specie.

Sertum

Sertum item precatorium.

De Eucharistia lib.v. per Dialogum.

Catechismum.

Christianam & solidam detectionem errorum Ioannis à Munster.

Epistolam ad amicũ, qua tăquam spongia deterguntur calūnia Stephani I saaci, ex fuda o P seudochristiani.

Quiddiothecam, hoc est, libellum qui multorum librorum loco de omnibus Christiane sidei dogmatibus ita tractat, vt facile agnosci possit, vbi est vera sides.

Petrys Morales, natione Hispanus, patria ex oppido Valdepeñas, Diœcesis Toletane, xxx11, annum agens Societatem nostram ingressus est, in qua adhuc viuit in prouincia Mexicana Philosophiam de Moribus quatuor annos docuit, & aliquot collegiorum Rector suit. Scripsit librum

De Reliquiis Sanctorum ex Europa in nouam Hispaniam inuectis, & magna pompa atque veneratione in Mexicana ciuitate per nostros collocatis.

PETRVS ROVERIVS, natione Gallus, patria Auenionensis, edidit,

Paneg yricum HENRICO IV. Galloru Regi Christianissimo dictum, in instauratione Godrani Societatu I E S V Collegy.

Petrys Sanctivs, natione Hispanus, patria ex oppido Sancti Martini Diœcesis Toletane, cum Academiæ Complutensis Rector suisser, & Aristotelicas disciplinas publice explanaret, magna probitatis atque eruditionis opinione, rebus omnibus seculi contemptis ac pro nihilo habitis, in nostrorum numerum aggregatus est Compluti, anno salutis M.D. LVIII. maxima totius Academiæ admiratio-

neat-

ne atque ædificatione, deducentibus illum nostrum in Collegium Præceptoribus ac discipulis, & multas lacrymas profundentibus. Postea verò quam ad normam Societatis est conformatus, Rectoris nostri Collegij Complutensis munere functus, in occidentis Solis Indiam Superiorum iussu nauigauit, anno salutis m. d. 1xxI. primusque nouæ Hispanie prouinciam laudabiliter administrauit, & in ea hactenus permanet. Scripsit Hispanice volumen

De Regno Dei, in octo libros diuisum; in quibus omnium penè virtutum Sanctorum adducit exempla Ecclesiastica ex historia deprompta, vt doceat virtutis cuiusque obiectum, modum, sinem, & quibus dam quasi calcaribus admotis legentium animos per Sanctorum exempla magis accendat ad

pietatem.

Ioan-

gun-

trans.

orum

ma-

t ve-

atria

XII.

t; in

oloquot

His

t10°

tri2

tia-

atu

1 ex

A-

te-

b1-

le-

IIII

tis

0-

PETRVS SKARGA, natione Polonus, vir iam maturus, & x x x 1 1 1. annos natus, Canonicus, & Concionator, in Societatem adscriptus est, anno salutis M. D. LXIX. quo ego tempore, illo, nostro in Collegio Romano, familiariter vsus sum: deinde ad instituti nostri normam expolitus, in patriam rediit; in qua concionandi munus, quod in seculo culaude obierat, per annos xxx. indefesso labore prosecutus est, magna auditorum frequentia, admiratione, vtilitate. Permultos enim hereticos, & in iis haud paucos Proceres ac Principes viros, ad fide Carholicam conuertit; & Sigismyndi 111. Polonie Regis annos iam xv. ordinarij Concionatoris partes agit, tanta modestia, humilitate, arque erga Superiores suos obedientia, ve in aula religiosam disciplinam ad vnguem conseruet, & de studio conatuque in virtutibus proficiédi nihil omnino remittat: quo etia nomine & Regi gratissimus, & omnibus Principibus carissimus est. Rector suit Collegij Vilnensis, & prouincie Poloniæ Præpositus Vice-prouincialis. Scripsit Latine,

Pro augustissimo Eucharistia Sacramento, contra Andream Volanum hæreticu Zuinglianum, lib. 111.

Item contra eumdem Volanum, XII Artes quibus haretici Sacramentary oppugnant prasentiam Del in Eucharistia, & totidem quibus Catholici eamdem propugnant & desendunt.

Polonice autem scripsit,

De unitate Ecclesia D E I sub uno Pastore, & De schismate Gracorum, cum admonitione ad Rutenos, Gracorum schismati adharentes.

Septem columnas, in quibus fundatur Catholica fides de Sacramento altaris, contra Zuinglianos & Caluinistas.

Librum perutilem, in quo continentur Selecta Sanctorum vita, digestæ in singulos dies totius anni, additis documentis ad mores formandos aptis, & sententiis ex scriptis sanctorum Doctorum contra præsentes hæreses collectis.

Postillas seu Conciones in singulos dies Dominicos & Festos.

Conciones de Sanctis, & de rebus variis.

Compendium x. Tomorum Cardinalis Barony.

PETR VS TYRÆVS, natione Germanus, patria Nouesiensis, in ditione Archiepiscopi Coloniensis, vir omni litterarum genere cumulatus, & in Academiis Treuerensi, Moguntina, & Herbipolensi publicus per xxv 11. annos continuos Professor. Scripsit pręclarum librum, cui titulus est:

Locainfesta, hoc est, De infestis ob molestantes damo-

niorum

niorum & defunctorum hominum spiritus locis: in quo spirituum infestantium genera, conditiones, vires, discrimina, opera, mala, quæ viuentibus adserunt, rationes item quibus partim cognoscuntur, partim proscribuntur; modi denique quibus loca ab ipsorum molestia liberantur, iisque similia discutiuntur & explicantur.

Libellum item De terrificationibus, nocturnis; tumultibus, quæ hominum mortes pretendere solent,

De Apparitionibus spirituum Tractatus 11. quorú prior agit de apparitionibus omnis generis spirituum, Dei, Angelorum, dæmonum, & animarum humanarum, lib. 1. Posterior continet Diuinarum seu De 1 in veteri Testamento apparitionum & locutionum, tam externarum quam internarum, libros 1v.

Diuinarum noui Testamenti, sine CHRISTI Filis Dei noui Testamenti mediatoris apparitionum lib.1.

De Saerorum hominum continentia.

De nous & falso Antichristo.

De iure vocationis & missionis Ministrorum in

Pseudoeuangelicorum Ecclesiis.

Disputationem de vera side duplicem, in quibus simul demonstratur eam non esse in Protestantium Ecclesiis.

Disputationes de potestate Ecclesia.

De Festo corporis Christi, & Deo in Sacramento Eucharistia adorando,

De Sacramentali confessione. De clandestinis matrimoniis.

Examen Apologeticum Theseôn Danielis Tossani Caluiniani Theologi in Academia Heydelbergensi.

De Sanctorum inuocatione.

L 3

De

rin-

Vil-

-pro-

ontra

J.III.

qui-

DEL

dem

z De

enos,

olica

os &

lecta

otis,

on-

11008

tria

115,

ca-

nh

or.

no-

4778

De legitimo Sanctorum cultu, deque Imaginum consecratione.

De multiplicibus suffragiis, quibus pie defuncto.

rum spiritus innantur à vinentibus.

Sed dum P. Tyrævs Religionem Catholicam ingenij sui monumentis illustrare, & prosua virili subleuare non cessat, rude scholastica donatus, laborum suorum præmia percepturus, nouem mensium tabe, in cælum à Deo euocatus est Herbipoli, anno salutis M. DC. I. 3. Decembris.

Petrvs Silvivs, natione Belga, natus in Houtem S. Lævini, ad Societatem aggregatus est Louanij, anno salutis M. D. L X XI. XXVI. Ianuarij. Obiit Moguntiæ anno M. D. XCII. X. Iulij. Scripsit,

Disputationes de Deo ac de sacramento Pœnitentia.
Petros Vargas, natione Hispanus, scripsit,
De conscribendis Epistolis, & Progymnasmata
R betorica.

PHILIPPVS SVEVENZELIVS, natione Belga, patria Brugensis agri, linguæ vtriusque, quas annos plurimos in Societate docuit, apprime doctus, & Belgicæ linguæ admirator, vertit è Græco,

Anastasij Sinaite in Psalmum v 1. Dauidis Explanationem: extatque Tomo 111. antiquarum Le-

ctionum Henrici Canisij I. C.

Patrio vero sermone dedit, suppresso tamen nomine, Rectam viam ad pietatem.